

Dissertatio medica inauguralis de apoplexia hydrocephalica ... / eruditorum examini subjicit Robertus Ramsay.

Contributors

Ramsay, Robert.
Woodforde, James
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebat Joannes Moir, 1825.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ugpznnzq>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





(8.)

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

APOPLEXIA HYDROCEPHALICA :

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRÆFECTI,

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

ROBERTUS RAMSAY,

SCOTUS.

Fair was the flower, and soft the vernal sky;
Elate with hope, we deem'd no tempest nigh;
When, lo! a whirlwind's instantaneous gust
Left all its beauties withering in the dust.

BEATTIE.

Kalendis Augusti, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT JOANNES MOIR.

MDCCCXXV.

DISSERTATIO MEDICA

IN AUCTORITATE

DE

APOPLEXIA HYDROCEPHALICA

AVCTORE

ANNALIBUS SUIS REVERENDISSIMO

ACADEMIAE REGIAE MEDICAE PRORSUM

D. GEORGI BAIRD SS. T. P.

ACADEMIAE REGIAE MEDICAE PRORSUM

RECTORI

UNIVERSITATIS ALBERTINI COMITIS

SCOTIAE FACULTATIS MEDICAE DIRECTORI

pro Doctoris

EXAMINIBUS IN MEDICINA AD HONOREM AC PRIVILEGIUM

AD HONOREM AC PRIVILEGIUM

GRADUS DOCTORIS

ROBERTUS RAMSAY

SCOTUS

Let me the power, and not the vessel be
Kiss with hope, we should no longer sigh
When, for a while, a transient gust
Lest it in beauty withering in the dust

Kilninchogan, 4th August 1844

EDINBURGH:

EXCURSUS JOHANNES HORN

MDCCLXXV

ROBERTO GLASGOW, ARMIGERO,

DE MONTGREENAN,

VIRO ADMODUM AEQUO ET GENEROSO,

OB BENEFICIA SINE NUMERO,

IN EUM COLLATA,

ET NUNQUAM OBLIVISCENDA

DUM MANET VITA,

HUNC LIBELLUM,

TESTIMONIUM INDIGNUM ET INAEQUALE.

ANIMI GRATI

D. D. D.QUE

AUCTOR.

ROBERTO CLAROS, ARQUITECTO

DE MONTEVIDEO

UNO ABONADO AL PAGO DE

DE DIGNIDAD DE SU OFICIO

EN SU OFICINA

DE SU OFICINA EN

DE SU OFICINA EN

DE SU OFICINA EN

TESTIMONIO EN SU OFICINA

DE SU OFICINA EN

DE SU OFICINA EN

AUTOR

So

Dr. Woodford
with Comps of

The Author

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

APOPLEXIA HYDROCEPHALICA.

AUCTORE ROBERTO RAMSAY.

PROCEMIUM.

HOMO mundum intrat omnino inops et penitus impotens pro ejus conservatione et defensione ullam rem facere ; objicitur malis multis et magnis, quae ni pro cura perpetua et solitudine anxia aliorum cito eum obruerent.

Horum omnium malorum nullum est quod cum se affert majus exitium aut quod humanam artem plus fallit quam morbus qui Apoplexia Hydrocephalica nominatur.

Hunc morbum selegi pro themate paginarum sequentium, cum maxima et humillima

convictione impotentiae meae ullam rem novam in lucem dare de hac re, et tantum spero ex quibus legi et audivi, in praelectionibus in hac academia venerabili id testimonium mei progressus in studio medicinae dare, quod regulae academicae requirunt ex omni candidato pro summis medicinae honoribus.

HISTORIA MORBI.

DE natura Apoplexiae Hydrocephalicae non multum cognoscebant antiqui et primam dissertationem accuratam scripsit clarissimus WHYTT olim in hac Universitate Professor; post eum multi scripserunt de hoc morbo sub variis nominibus ex quibus selegi nomen datum illustri CULLENO in ejus definitione hujus morbi quae est ut sequitur.

“ Apoplexia Hydrocephalica paulatim ad-
“ riens; infantes etim puberes, primum lassitu-
“ dine, febricula, et dolore capitis, dein pulsu
“ tardiore, pupillae dilatatione, et somnolentia
“ faciens.”

Hic morbus plerumque adoritur infantes aetatis inter duos et decem annos; sed experientia probavit uti limitat se ad nullum horum terminorum: saepissime adoritur eos qui sunt obnoxii scrofulae quibus sunt insignis puritas cutis et mollities musculorum. In debilitate multis morbis inducta et praecipue in statu debilitatis post Scarlatinam occurrente, in febre infantum remittente et durante irritatione dentitionis frequentissime accessum facit; etiam adhaeret aliquibus familiis quarum saepe omnes liberos certa aetate adoritur: hujus exemplum dat noster doctissimus Professor HOME in ejus praelectionibus de hoc morbo: familia constitit ex liberis tredecim quorum decem occubuerunt morte ex hoc morbo. Liberi qui obnoxii sunt ejus impetibus, saepe indolis hilaris sunt et ostendunt praecocitatem animi mirabilem. Hic morbus dicitur esse frequentior in aliquibus locis prae aliis, sic, occurrit saepius in Paris et Geneva quam in Holland et Switzerland-Tempus anni etiam videtur habere aliquem effectum in productione hujus morbi et dicitur saepius occurrere in vere et aestate

quam in autumno et hieme; sed nullum est temperamentum, nulla regio, nulla tempestas quod hic morbus non visitat.

Diversae opiniones fuerunt de duratione hujus morbi: quae discrepantia videtur originem duxisse ab differentia in aetate et constitutione aegrorum ex quibus observationes deductae fuerunt; nam dicitur esse fatalis citius in adulto quam in infante; duratio etiam multum pendet ex morbi severitate, robore aegri et multis aliis rebus, attamen duratio communis est ab duabus ad quatuor hebdomadas.

SIGNA MORBI.

IN tractando de signis Apoplexiae Hydrocephalicae, sequar divisionem hujus morbi in stadia tria, factam a Dr WHYTT, et quae divisio mihi videtur optima et maximi usus in dicendo de hoc morbo; etiam etsi non semper possumus accuratè distinguere tria stadia, tamen in hac divisione medicus attentus condit consilium curationis.

STADIUM PRIMUM.

IN principio morbi aeger fit languidus, habet nullum appetitum, afficitur levi febricula quae auget exacerbationem in vespere, amittit pristinam hilaritatem et res quae antea eum delectabant nunc inobservatae sunt; queritur de dolore capitis qui ad certam partem capitis refertur praecipue ad frontem, pulsus fit celer et micat ab centum et viginti usque ad centum et quadraginta in sexagesima parte horae, cutis fit calidior quam in sanitate et tinnitus aurium adest, aeger fodicat nasum, frendet dentes et cum dormit saepe exclamat et expergiscitur quasi in terrore, vomitus fit qui dicitur ab Dr QUIN, alternare cum dolore capitis, sed saepe fit vomitus sine ulla diminutione doloris capitis, alvus est constipata, aeger queritur de siti, lingua albida et sicca est, respiratio fit celerior et interrupta suspiriis, torpor generalis tandem invadit et introducit,

STADIUM SECUNDUM.

IN hoc stadio pulsus qui in stadio priore fuit celer et aequalis fit tardus et inaequalis modo debilis, modo fortis est, nunc tardus nunc celer est.

Multa signa primi stadii manent et augentur in hoc stadio, qualia vomitus et dolor capitis, aeger saepe luget, habet strabismum in uno vel ambobus oculis qui vertuntur aliquando ad nasum aliquando ab naso, aut in verbis illustrissimi GREGORY strabismus,—
 “ Est vel alterius vel utriusque oculi : quorum,
 “ distortio, major, minor, quaquaversum esse
 “ potest.*”

Atque visus duplex signum non rarum hujus morbi est.

In hoc stadio sensus multo minus acuti sunt quam in stadio priore, nam pupillae nunc dilatantur et ita manent in magna luce aeger la-

* Conspectus Medicinae Theoreticae, pars cclxv.

bit in coma et stuporem, qui demum in humili de lirio desinunt.

Signa excitationis inaequalis saepe adsunt, gena unius lateris suffusa est rubore dum altera et labra sunt pallida.

Anorexia quae adfuit in primo stadio nunc dicitur a Dr. QUIN, mutari pro appetitu vorace in quo aeger avide devorat quicquid datur, sed de hoc non legi ex aliis.

Dolor capitis nunc crucians est quem ejus perpetua rotatio et frequens elevatio manuum ei indicant.

STADIUM TERTIUM.

IN hoc stadio pulsus mutationem aliam insignem subit, iterum celer fit et saepe ante mortem micat usque ad ducenta in sexagesima parte horae; in una die pulsus saepe ascendit ab centum ad centum et quinquaginta.

Aeger nunc in comate et stupore manet, et

tantum pauca verba non coherentia profert, cum stimulatur, oculi sine sensu et motu sunt, cornea suffusa est sanguine et caecitas perfecta saepe fit, aeger manum saepe ad caput atollit indicantem dolorem in capite, respiratio et deglutitio fiunt difficiles, subsultus tendinum, et convulsiones invadunt et mors arripit aegrum ab statu gravissimo in quo non possumus dare auxilium. Hic modus progressus communis, sed non constans hujus morbi est, modus accessus multum variat, aliquando gradibus tam minutis appropinquat uti primo attentionem non trahit, alio tempore liberos sanos repente obsidet et cito cursum currit: nuperus scriptor,* de hoc morbo, descripsit speciem sub nomine, "hydrocephali hyperacuti;" quae obsidet et interimit liberos in horis viginti quatuor.

In dissectione corporis post mortem ex hoc morbo, effusio fluidi in ventriculos laterales cerebri frequentissime observatur, quantitas hujus fluidi variat ab parva quantitate ad uncias sex, et in multis casibus fatalibus quantitas

* Vide GOLIS on Hydrocephalus, translated by GOOCH.

fluidi effusi nullam rationem fert ad severitatem symptomatum morbi, nam in multis qui mortui fuerunt ex hoc morbo in forma gravissima quantitas fluidi effusi fuit parva, in his casibus signa dicuntur oriri a statu turgido vasorum cerebri.

Fluidus effusus plerumque limpidus et transparens est et non coagulabilis calore, sed de hoc etiam opiniones discrepant, et credo uti aqua effusa ostendit se variè diversis scrutantibus naturam ejus sic dicit clar. BAILLIE : “ In
“ some trials which I have made, it (hic fluidus)
“ partly coagulated upon the application
“ of common acids, exactly like the water in
“ hydrothorax and ascites, or like the serum
“ of the blood, but there is much variety in the
“ quantity of coagulable matter. In some instances
“ the water in hydrocephalus contains
“ a very small proportion of coagulable matter,
“ and in others it is almost entirely free from
“ it.” *

* Vide Doctoris BAILLIE Librum de Anatomia Morbida.

Vasa membranarum cerebri inveniuntur turgida sanguine et membranae ipsae saepe crassiores quam in statu sano, vasa cerebri ipsius etiam sunt turgida sanguine, aliquando tubercula reperiuntur in substantia cerebri, membranae etiam saepe adhaerent inter se.

Scriptor* de hoc morbo multum dicit de signis morbi in viscera abdominis ut in hepate, saepe post mortem visis.

RATIO SIGNORUM.

SIGNA stadii primi ut tinnitus aurium, intolerantia lucis, dolor capitis et rubor faciei ducunt originem praecipue ab determinatione aucta sanguinis ad caput, vomitus pendet ex magno consensu qui inter ventriculum et cerebrum existit explicandi cujus non mihi facultas est.

* Vide Essay on Hydrocephalus by J. CHEYNE, M. D.

Signa torporis et sensus diminuti stadii secundi pendent ex compressione fluidi effusi in cerebro.

De pulsu celere iterum occurrente in stadio tertio, varias opiniones varii auctores dant, debilitas est causa secundum unum auctorem* dum, injuria cerebri et ultimus conatus naturae fabricam ruentem sustinere, alius auctor dat pro causa, † clarissimus GREGORY sic dicit. “ Pulsus raro nimis tardi observantur, nisi a
“ minuta corporis mobilitate, veluti in ultimo
“ senio, vel a cerebro compresso, aut aliter male
“ se habente. Gravior vero cerebri compressio
“ ingentem pulsuum frequentiam efficere solet,
“ veluti in hydrocephalo.” ‡

Strabismus qui in hoc stadio saepe accidit, fit a paralyysi musculorum oculi.

* SMYTH.

† CHEYNE.

‡ Conspectus Med. Theor. Pars. CCCCLVI.

CAUSAE PRAEDISPONENTES.

INFANTIA praecipue obnoxia est accessio-
nibus hujus morbi, varii morbi, dant praedis-
positionem huic morbo sic irritatio inducta
dentitione et vermes intestinorum enumeran-
tur inter causas praedisponentes, dicitur multis
scriptoribus esse morbum hereditarium et ado-
riri habitum scrophulosum prae aliis. Alvus
pro longo tempore constipatus, perturbationes
animi subitae et magnae sicut terror, timor,
anxietas, nimia et longa attentio ad lectiones
in liberis, possunt enumerari inter causas prae-
disponentes, scriptor de hoc morbo quem su-
pra memoravi, enumerat inter causas praedis-
ponentes, magnam terrorem et anxietatem in
mensibus postremis gravedinis, matris. “ A
“ multiplied experience (ait ille) of this cause
“ was afforded to me and the other physicians
“ of Vienna in the year 1809, when our imperi-
“ al city was bombarded; most of the children
“ who were born after this frightful catas-

“ trophe, in about 10, 20, or 30 days after
 “ their birth, were seized with convulsions and
 “ died; within the cranium were found traces
 “ of inflammation, and in the ventricles of the
 “ brain effusions of lymph and of serum,”*
 pueri obnoxiores sunt huic morbi quam puellae.

CAUSAE EXCITANTES.

HAE sunt injuriae capiti illatae, ictus vel succussio capitis violenta, frigus subito applicatum capiti calido est causa non rara, subita suppressio evacuationum quae pro longo tempore steterunt, retrocessus aliquorum morborum cutis, exercitatio immodica et positio capitis pendens pro longo tempore continuata. Saepe inducitur in Scarlatina et de hoc multi auctores dicunt inter quos notavi BATEMAN qui dicit “ But in a small number of cases, “ when the anasarca had become pretty general, a sudden effusion has taken place into

* Vide Essay on Hydrocephalus, GOLIS, translated by GOOCH.

“ the cavity of the chest, or into the ventricles
 “ of the brain, and occasioned the death of the
 “ patient in a few hours, of which I have wit-
 “ nessed two instances.”* Rubeola et pertus-
 sis etiam saepe dant originem huic morbo, us-
 us imprudens hydrargyri dicitur esse causam,†
 usus belladonae in pertussi enumeratur per
 GOLIS inter causas excitantes, sed saepissime
 sine ulla causa evidente incipit.

CAUSA PROXIMA.

SI liceat mihi opinionem dare de re tam
 multum disputata dicerem ut causa proxima
 mihi videtur esse, status congestionis vasorum
 cerebri ad inflammationem vergens et exinde
 aucta secretio vel effusio, in ventriculos cere-
 bri.

* Vide librum Doctoris BATEMAN de Morbis Cutaneis,
 p. 76.

† Vide librum Doctoris J. BLACKALL de Hydrope, p.
 24.

DIAGNOSIS.

HAEC pars difficilis sed maximi momenti est, nam in matura distinctione hujus morbi ex multis aliis cum quibus confundi potest, jacet maxima spes curationis, si morbus ad stadium secundum procedit spes curationis paucae et parvae sunt. In formando diagnosin in hoc morbo omnes res et conditiones debent examinari diligenter, et si aeger non potest respondere pro se, omnes comites debent percunctari de rebus quae ante accessionem accidebant, de pristina valetudine aegri et de rebus quas illi aestimabant habere ullam potestatem in morbi incitamento.

Hic morbus potest confundi cum morbis sequentibus,

- I. Phrenitide.
- II. Vermibus intestinorum.
- III. Dentitione.
- IV. Febre infantum remittente.
- V. Tabe Mesenterica.
- VI. Carie ossum temporum et aliis morbis capitis organicis.

I. IN stadio primo Apoplexia Hydrocephalica saepe similis est phrenitidi in posteriore autem pyrexia et signa inflammationis sunt vehementiores; tamen curatio unius non multum differt ab altero nisi in gradu.

II. Symptomata quae oriuntur ab vermibus in intestinis saepe induunt formam similem Apoplexiae Hydrocephalicae, sed in priore febris plus remittens est saepe habens remissionem aliquorum dierum, dolor capitis si in febre ab vermibus occurrit minus acutus est, sensus etiam minus acuti sunt quam in Apoplexia Hydrocephalica. Appetitus vorax est in vermibus dum in Apoplexia Hydrocephalica nullus est.

III. Cum irritatio dentitionis similat Apoplexiam Hydrocephalicam possumus dignoscere priorem ex rubore et tumore gingivarum, et aucto fluxu salivae, quae signa resolvuntur cum incisiones factae sunt in gingivis.

IV. Febris infantum remittens habet remis-

siones longiores quam in Apoplexia Hydrocephalica in qua remissiones multo minus evidentes sunt, dolor capitis in febre infantum remittente, si adest, non tam acutus est neque facit infantem manum tollere ad caput et clamare, uti in Apoplexia Hydrocephalica, sensus minus acuti sunt et intolerantia lucis et strabismus non observantur in febre infantum remittente.

V. Abdomen tumidum cum absentia intolerantiae lucis et doloris acuti capitis tabem mesentericam distinguunt ab Apoplexia Hydrocephalica.

VI. Caries ossis temporis saepissime comitatur cum inflammatione partium suprajacentium et morbi organici cranii fere omnes sunt tardiores in progressu eorum quam Apoplexia Hydrocephalica.

Sed si in confusione signorum nulla distinctio potest fieri, nulla mora debet esse ; sed statim debemus ad instrumenta usitata curationis

recurrere, nam si mora fit morbus ad statum procedit in quo omnia nostra conamina inutilia sunt.

PROGNOSIS.

Si signa stadii primi non violenta fuerunt et si remedia habuerunt effectum in morbum mitigando, prognosis non infausta est, sed si morbus in stadio secundo se habet, si aeger in toto non potest residere, si morbus cito progreditur et si strabismus, magna dilatatio pupillarum, surditas, coma, caecitas et paralysis premunt, prognosis infaustissima est.

In hoc morbo aliquando fit remissio signorum insignis quae medicum fallit et eum movet prognosin faustam sed falsam dare. GOLIS casum narrat in quo remissio signorum notabilis fuit sed exitus fatalis. "A child (ait ille) "four years old, after having for many days "spoken unintelligibly through the nose, "known neither his mother nor attendants, and

“ appeared not to see objects held up to him,
 “ called to his mother and maid distinctly by
 “ name, asked for his horse and whip, support-
 “ ed himself in a half-sitting posture in bed,
 “ and ate some panada with pleasure; but,
 “ after three hours, he fell into his former so-
 “ porose state, followed by palsy of one side,
 “ with spinal cramp and convulsions; in which,
 “ after 36 hours, he expired.”

CURATIO.

NUNC ad ultimam et difficillimam partem operis venio nempe ad curationem.

Aliqui negant morbum hunc fatalem unquam esse sanabilem, dum alii dicunt et credo veritate se curavisse morbum, nam etsi Apoplexia Hydrocephalica saepissime insanabilis est, tamen non semper ita; sed in toto est morbus difficillimus sanatu qui saepissime omnes conatus medici et potestates medicamentorum frustrat. Fere omnis casus curationis

in stadio primo jacet et in usu sagace remedium in hoc stadio pendent omnes spes cohibendi cursum et prohibendi exitum infelicem hujus morbi. Dicam de curatione hujus morbi in tribus divisionibus, imprimis, de curatione morbi cum adest, secundò de preventionem relapsus in morbum et tertio de prophylactice aut preventionem accessionis morbi in iis praedispositis.

DE CURATIONE.

IN principio morbi praecipua indicatio est minuere determinationem sanguinis versus caput et domare excitationem ; perficere quam detractio sanguinis localis et generalis usurpatur, si signa morbi graviora sunt et si aetas et robur aegri sinunt tunc missio sanguinis generalis propria est, sed si morbus non ostendit signa vehementiora determinationis sanguinis ad caput et excitationis, si aeger debilis est et si morbus duxerit originem in recuperatione ab scarlatina aut ullo alio morbo per quem

aeger jamjam debilitatur missio sanguinis generalis noceret, tunc hirudines temporibus applicatae et cucurbitula cum ferro super caput in ima parte colli post aures aut inter humeros sufficiant, quantitas sanguinis detrahenda et repetitio detraktionis pendent ex statu morbi et robore aegri, si post primam detraktionem signa determinationis ad caput redeunt iterum debemus applicare hirudines.

Magna constipatio, quae in hoc morbo existit, indicat usum remediorum cathartorum quae possunt evacuare alvum et minuere determinationem sanguinis versus caput, obtinere hoc consilium cathartica potentiora saepe requiruntur qualia pulvis jalapae juncta cum submuriate hydrargyri vel supertartras potassae conjunctum cum pulvere gambogiae vel scammonii, vel magnae doses infusi sennae, est etiam necessarium alvum tenere laxum per totum morbum. In Appendice ad librum Doctoris HAMILTON de Purgantiis, p. 273, est epistola ascribens curationem casus hujus morbi ad usum fortem purgantium

Epispastica etiam commendantur in hoc morbo, detrahere humorem a vasis capitis, et pro hoc consilio epispasticum magnum vel unum quod totum caput tegit quod Anglice nominatur *cap blister* usurpantur et post vesicationem fluxus humoris obtinetur curando partem exulceratam aliquo unguento stimulante quali unguento sabinae. De proprietate hujus magni usus epispasticorum adducor dubitare ex verbis dictis nostro doctissimo Professore Materiae Medicae in praelect. ejus : “ I am
 “ perfectly satisfied (sic dicit) that, in incipient
 “ hydrocephalus, the great application of blis-
 “ ters to the head has irritated the disease and
 “ produced death much sooner than the dis-
 “ ease would have done, and blisters ought to
 “ be applied at a distance from the head, as
 “ the nape of the neck.” Scriptor nuperus* anteponit usum caustici super bregma aliis remediis epispasticis, quia ejus effectus sunt potentiores et habent longiorem durationem.

* Dr CARMICHAEL SMYTH.

Frigidae applicationes capiti certe possunt minuere determinationem ad id et debent igitur usurpari, panni lintei cum aqua et aethere vel aceto madefacti et applicati capiti sunt modi utilissimi refrigerandi caput, si hi usurpantur epispastica debent applicari super partem inferiorem colli utine impediunt usum applicationum frigidarum. Positio corporis cum capite et humeris elevatis potest auxiliari aliis in minuendo determinationem sanguinis ad caput.

Hydrargyrus usurpatur in hoc morbo et potest agere aut sanando inflammationem internam aut augendo actionem vasorum absorbentium, quantitas hydrargyri major requiritur corpus afficere in hoc morbo quam in aliis, usurpatur variis formis in hoc morbo, in frictione cum unguento hydrargyri, etiam usurpatur in forma submuriatis juncti cum cathartice vel diureticis.

Digitalis purpurea etiam usurpatur in hoc morbo, potest agere minuendo actionem arteri-

arum vel possumus exhibere pro diuretico ; sed an ulli boni effectus experti fuerunt ex ejus usu nescio.

Errhina etiam aliquando usurpantur obtinere fluxum humoris ex naso, sed existimo cum parvo boni et in multis possunt nocere ex eorum stimulo et irritatione et sternutatione quam aliquando faciunt.

Diaeta levis et facilis concoctioni propria est in cursu morbi. Si exitus morbi felix est et aeger evadit debilis et macer tunc diaeta tonica et facilis concoctioni necessaria est.

Nunc proprium est dicere pauca de usu remedium in diversis stadiis morbi. In stadio primo cum signa determinationis sanguinis ad caput evidentia sunt, missio sanguinis, pro aetate et robore aegri et severitate morbi, in modo quem supramemoravi, debemus uti et repetere si signa iterum se ostendunt.

Usus strenuus purgantium in hoc stadio etiam necessarius est ; nam in evacuatione in-

testinorum constat magnum auxilium in removendo determinationem sanguinis ad caput.

Epispastica etiam commendatur in hoc stadio.

Cum omnibus his remediis usum hydrargyri oportet conjungere.

In stadio secundo debemus perstare in usu medicamentorum primi stadii et etiam usurpare digitalem pro diuretico, debemus etiam mitigare signa graviora qualia dolor capitis evacuationibus topicis applicatione frigoris et usu purgantium.

In stadio tertio actum est de aegro, sed et nunc levationem signorum oportet conari, sed torpor qui in hoc stadio occurrit non debemus remove; nam minuit et obtundit signa graviora quae nostris remediis non possumus levare.

De Preventionem Relapsus.—Si tam fortunati

sumus uti impedire cursum morbi, necessarium est cavere ne aeger iterum in morbum labatur: obtinere hoc consilium oportet attentionem dare duobus rebus, imprimis, ordinare functiones corporis, secundo, corpus firmare prima harum constat in statu laxo alvi acquisito per medicamenta purgantia rite adhibita, in cavendo omni excitatione corporis omnes transitiones subitas a frigore ad calorem vel a calore ad frigus et omnia quae possunt facere determinationem sanguinis ad caput. Secunda intentio obtinetur usu diaetae levis et nutritis et propria exercitatione corporis cum capite non nimis calido et in casibus in quibus debilitas est magna usu vini cum remediis tonicis.

De Prophylactice. — Preventio accessionis morbi semper est maximi momenti, sed nunquam majoris quam in Apoplexia Hydrocephalica. Itaque liberis qui sunt praedispositi huic morbo qui sunt habitus scrophulosi et praecipue qui ad familiam pertinent, in qua morbus jamjam ostendit se debemus dare

maximam attentionem, cavere et etiam praevinire actionem omnium causarum quae vel excitant vel majorem proclivitatem dant morbo. Omnes subitae mutationes a calore ad frigus vel a frigore ad calorem, etiam omnes irregularitates in diaeta et in regimine corporis debemus evitare; alvus debet esse laxa et caveremus omnia quae possunt perturbare ventriculum, calor capitis debet esse moderatus et in somno oportet caput esse elevatum pro reliquo corpore. Setacea vel fonticuli in collo etiam sunt maximi usus in preventionem accessionis hujus morbi.

Nunc finem do huic opusculo et pro erroribus in eo inventis veniam spero a lectoribus humanis. Valete.

FINIS.



